

adorant sculpitilia : \* & qui gloriantur in simulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : \* audivit, & letata est Sion.

Et exultaverunt filie Judae, \* propter judicia tua Domine :

Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram : \* nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum : \* custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberavit eos.

Lux orta est justo, \* & rectis corde letitia.

Letamini justi in Domino : \* & confitemini memorie sanctificationis ejus. Antiphona. Cantate Domino, & benedicite nomini ejus.

Per Annum, y. Intere oratio mea in conspectu tuo Domine. R. Inclina aurem tuam ad preces meas.

Pro uno Martyre, y. Postisti Domine super caput ejus. R. Coronam de lapide precioso.

Pro pluribus Martyribus, y. Exultent justi in conspectu Dei. R. Et delectentur in letitia.

Pro Confessore Pontifice, y. Elegit eum Dominus sacerdotem sibi. R. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

Pro Confessore non Pontifice, y. Os justum meditabitur sapientiam. R. Et lingua ejus loquetur judicium.

Pro una Sancta, y. Adjurabit eam Deus vultu suo. R. Deus in medio ejus, non commovebitur.

AD LAUDES, Antiphona. Spiritu principali confirma cor meum Deus. Psalmus Miserere. 59. Antiphona. In veritate.

Psalmus 147. Domine exaudi orationem meam : tribus percipe observationem meam in veritate tua : \* exaudi me in tua justitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo : \* quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam : \* humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi : \* & anxius est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor tui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis : \* in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : \* anima mea sicut terra sine aqua tibi :

Ve-

V. elociter exaudi me Domine : \* detecit spiritus meus.

N. on avertas faciem tuam a me : \* & similis ero descendentibus in lacum.

A. udita fac mihi manes misericordiam tuam : \* quia in te speravi.

N. otam fac mihi viam, in qua ambulem : \* quia ad te levavi animam meam.

E. ripe me de inamicis meis Domine, ad te contigi : \* doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

S. piritus tuus bonus deducet me in terram rectam : \* propter nomen tuum Domine vivificabis me in equitate tua.

E. dices de tribulatione animam meam : \* & in misericordia tua disperdes inimicos meos.

E. t perdes omnes qui tribulant animam meam : \* quoniam ego servus tuus sum.

Antiphona. In veritate tua exaudi me Domine.

Antiphona. Illumina Domine vultum tuum super nos.

Psalmus. Deus Deus meus. 118.

Antiphona. Domine. Canticum Habacuc. Cap. 3.

D. omine audivi auditorem tuum, \* & timui.

D. omine opus tuum : \* in medio annorum vivifica iudicium.

In medio annorum notum facies : \* clam iratus fueris, misericordiam recordaberis.

Deus ab Austro veniet : \* & sanctus de Monte Pharan :

O perit calos gloria ejus : \* & laudis ejus plena est terra.

Splendor ejus lux erit : \* cornua in manibus ejus.

Ibi abscondita est fortitudo ejus : \* ante faciem ejus ibit mors.

E. t egrediatur diabolus ante pedes ejus. \* Secit, & mensus est terram.

A. spexit, & dissolvit Gentes : \* & contrivit montes seculi.

I. ncurvati sunt colles mundi, \* ab itineribus aeternitatis ejus.

P. ro iniquitate vidi tentoria Aethiopiae, \* turbabuntur pelles terrae Madian.

N. unquid in fluminibus iratus es Domine? \* aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?

Q. uis ascendis super equos tuos : \* & quadrigae tuae salvavero.

S. uscitant suscitabis arcum tuum : \* juramenta tribulatus quae locutus es :

F. livios scindes terra : \* viduerunt montes : \* gurges aquarum transiit.

D. edit abyssus vocem suam : \* altitudo manus suas levavit.

S. ol

Sol & luna steterunt in habitaculo suo: \* in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis haste tue.

In fremitu concubabis terram: \* & in furore obstupescies Gentes.

Egressus es in salutem populi tui: \* in salutem cum Christo tuo:

Percussisti caput de domo impii: \* denudasti fundamentum eius usque ad colium.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius: \* venientibus ut turbo ad dispergendum me.

Exultatio eorum, \* sicut ejus qui devorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis, \* in luto aquarum multarum.

Audivi, & conturbatus est venter meus: \* a voce contremuerunt labia mea.

Ingrederiar patredo in ossibus meis, \* & subter me scateat.

Ut requiescam in die tribulationis, \* et ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit: \* & non erit germen in vineis.

Mentietur opus olivæ: \* & arva non afferent cibum. Abscendet de ovili pe-

cus: \* & non erit armentum in presepibus.

Ego autem in Domino gaudebo: \* & exultabo in Deo Jesu meo.

Deus Dominus fortitudo mea: \* & ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me victor \* in psalmis canentem.

Antiphona. Domine audivi auditum tuum, & timui.

Antiphona. In tympano & choro, in chordis & organo laudate Deum. Psalmus Laudate Dominum de caelis, 20.

Capitulum. Rom. 13. d.

Ox præcessit, dies autem appropinquavit abiciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus.

Hymnus.

Terna celi gloria, Beata spes mortalium, Summi Tonantis Unice, Castæque proles Virginis:

Da dexteram surgentibus, Exurgat & mens sobria, Flagrans & in laudem Dei Grates rependat debitas.

Ortus refulget lucifer, Præterque solem nuntius: Cadunt tenetæ noctium:

Lux sancta nos illuminet, Manensque nostris sensibus, Noctem repellat sæculi,

Omnique sine temporis Purgata servet pectora.

Que-

Quæsitâ jam primum Fides In corde radices agat, Secunda Spes congaudeat, Qua major exat Charitas.

Deo Patri sit gloria, Ejusque soli Filio, Cum Spiritu Paraclito Nunc, & per omne seculum, Amen.

Repleti sumus manè misericordiâ tua. Exultavimus, & delectati sumus.

Ad Benedictus, Antiphona. Per viscera misericordiæ Dei nostri visitavit nos Oriens ex alto.

Preces, quando eicenda sunt, habentur supra in Feria secunda, 62.

### S A B B A T O

#### Ad Matutinum.

Invitatorium. Domine Deum nostrum, Venite adoremus. Psalmus Venite, exultemus, 2.

Hymnus. Summæ parens clemencia, Mundi regis qui machinam, Unius & substantia, Trinusque personis Deus.

Nostros pius cum canticis Fletus benignè suscipe; Ut corde puro sordium, Te perfuamur largius.

Lumbos, jecurque morbidum Flammis adde congruis; Accincti ut arvis exubent, Luxu remotos pessimo.

Quicumque ut horas noctium

Nunc concinendo rumpimus, Ditemur omnes affatim Donis beate patriæ.

Præsta Patre piissime, Patrique compar Unice, Cum Spiritu Paraclito Regnans per omne seculum. Amen.

Antiphona. Quia mirabilia. Psalmus 97.

Antæ Domino canticum novum: \* quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus: \* & brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutarem suum: \* in conspectu Gentium revelavit justitiam suam.

Recordatus est misericordiæ suæ, \* & veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ \* salutarem Dei nostri. Jubilate Deo omnis terra: \* cantate, & exultate, & psallite.

Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: \* in tubis ductilibus, & voce tubæ cœnæ.

Jubilate in conspectu Regis Domini: \* moveatur mare, & plentidum ejus: orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manus, simul montes exultabunt a conspectu Domini: \* quoniam venit judicare terram.

Jue